



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. F. Bartolomaei Salvatii Ordinis F. Minorum de
Obseruantia, Lvx Animæ Ad perfectionem anhelantis ;
Opvscvlvm Insigniter pium, et perfectionis studiosis
neceßarium**

Cambi, Bartolomeo

Coloniae, 1606

Quæ notanda sint post communionem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50816](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50816)

communione circumferes.

O DEVS meus & omnia.

*Qua notanda sint post Com-
munionem.*

Primò: Cauebit comunicãs ne statim ad garrulitates, inania colloquia, aut alia minus necessaria negotia se conuertat: sed cum Deo, quem intra se præsentem habet, conuersabitur: atq; idcirco aliorũ confortia præ illo negliget ac parupēdet. Custodiet etiam se solito diligentius ab omnibus peccatis venialibus & mortalibus.

Secundò: Aliquantisper abstinence ab excreatione ac sputatione nisi manifesta necessitas urgeat, idque ob reuerentiam illius sanctissimi corporis, & pretiosi sanguinis quem suscepit.

Tertiò: Condecens etiam fuerit, vt tam diu à cibo & potu, nisi aliud necessitas suadeat, se abstinenceat, quousque accidentia panis & vini consumpta fuerint. quia quamdiu illa integra & incorrupta manent, san-

ctissimi

ctissimum hoc sacramentum in visceribus illius qui communicauit, verè, ac realiter manet.

Quod si quæras, quantum temporis sufficiat, vt illæ species consumi possint? Respondeo secundum meum iudicium omnibus vniforme tempus statui non posse: cum enim istæ species à calore naturali in stomacho existente consumendæ sint, atque vnus altero calidior sit, temerarium existimo, tam diuersis hominũ complexionibus vnã assignare regulam: atque idcirco vnusquisque in hoc vti poterit iudicio ac deuotione sua, diligenter considerando locum, tempus, necessitatem, cæterasque concurrentes conditiones.

Methodus sanctissimum Eucharisticum Sacramentum spiritualiter suscipiendi, quoties libuerit.

Psalm. 118. Os meum aperui, & attraxi spiritum, quia mandata tua desiderabam. Si anima mea deuotione erga hoc sacrosanctum mysterium accendi, & frequenter